



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

155. De raptis puellis desponsatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

268 R E G I N O N I S L I B. II.  
ipſius benedictionis in virginitate perman-  
neant.

Ut nullus alterius ſponſam accipiat. *Ex  
epiſtola Siricij Papa.*

Decreta Siricij  
c. 4.  
Halitgar. lib.  
4. c. 15.  
Burchard. lib.  
9. c. 31.

CLIV. De conjugali autem violatione re-  
quiſiſti, ſi deſponſatam alij puellam alter in  
matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat mo-  
dis omnibus inhihemus: quia illa benedictio,  
quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles  
cujusdam ſacrilegij inſtar eſt ſi illa tranſgreſ-  
ſione violetur.

De raptis puellis & deſponſatis. *Ex  
Concilio Ancyrano.*

Concil. An-  
cyr. c. 10.  
Halitgar. lib.  
4. c. 18.  
Rhab. epiſt.  
ad Heribald.  
c. 20.  
Burchard. lib.  
9. c. 38.

CLV. Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis  
raptas, placuit erui, & eis reddi quibus ante  
fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus  
vis inlata conſtiterit.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. 1.  
cap. XCIX.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 105.  
Capitular  
Aquiſgran.  
Ludovici Pij  
c. 24.  
Burchard. lib.  
9. c. 37.

CLVI. Proinde placuit atque ſtatutum eſt  
à ſacro conventu ut raptor publica pœnitentia  
multetur. Raptam verò ſi ſponſus recipere  
noluerit, & ipſa eidem crimini conſentens  
non fuit, licentia nubendi alij non negetur.  
Quòd ſi & ipſa conſenſit, ſimili ſententiæ ſub-  
jacebit. Quòd ſi & ipſi poſt hæc ſe conjunge-  
re præſumpſerint, utrique anathematizentur.

De eadem re. *Ex Concilio Meldenſi  
cap. LXXIX.*

Concil. Meld,  
c. 68.

CLVII. De his qui ſponſas alienas ra-